Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Da fontem boni uisere: da pure mentis oculos in te defigere.
Quo hausto sapientiæ saporem uitæ ualeat mens intelligere.
Christianismi fidem operibus redimere: beatoq; fine: ex huius incolatu seculi auctor ad te transire.

Item Offertorium.

Aue Maria gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus uentris tui.

Responsorium.

Foelix namq; es Sacra uirgo Maria, et omni laude dignissima: Quia ex te ortus est sol iusticiæ Christus Deus noster.

Versus

Ora pro populo, interueni pro Clero, intercede pro deuoto foemineo sexu: sentiant omnes tuum leuamen, quicunq; celebrant tuum natalem. Vel: tuam cõmemorationem.
Quia: ut supra.

Aliud Rm de Angelis.

Te sanctum dominum in excelsis laudant omnes angeli dicentes: te decet laus et honor Dnẽ: V: Cherubim quoq; et seraphim sanctus proclamant: et omnis coelicus ordo dicens: Gloria patri. etc.